

**DIE XXVIII. JULII.**

IN FESTO

**B. CATHARINÆ THOMAS,  
VIRGINIS.**

**DUP. MIN. PRO DIOECESI VALENTINA.**

*Omnia de Communi  
Víginum non Marty-  
rum, praeter ea, quae  
sequuntur.*

**IN UTRISQUE VESPERIS.**

**HYMNUS.**

**O** quæ furéntis impe-  
tus  
Hostis, minásque cón-  
teris,  
Christi precámur ímpe-  
tra  
Vires, opémque génti-  
bus.  
Da fráudibus ne péc-  
tora

Impléxa pervicácibus  
Ætérrna demum víncula,  
Ignésque terros séntiant.  
Quae nos obérrant ás-  
pice  
Nigránte nubes túrbine,  
Quam dira sævit, quam  
nova  
Trux hóstium poténtia.  
Sed, te favénte, pró-  
tinus  
Fugit malòrum cohors,  
Et lux ténebris áurea  
Succédit, & spes, & salus  
Ergo poténti déxtera  
Nos Catharína víndica  
Tuósque præsens adjú-  
va,

**Gressúsque ad astra dí-  
rige.**

Tibi cánamus ínclita,  
Trias beáta cármina,  
Æterna cujus grátia,  
Hæc Virgo dona pôssi-  
det. Amen.

**IN UTRISQUE VESPERIS.**

**AD MAGNIFICAT.**

*Aña:* Qui tribulabant  
eam inimici ejus, ipsi in-  
firmati sunt , & cecidé-  
runt : quóniam eripuit  
eam Dóminus à tenta-  
tiōne , & pósuit imma-  
culatam viam ejus.

**ORATIO.**

**S**Upernôrum mûne-  
rum donátor Deus,  
qui Beátam Catharínam  
Vírginem insídias diábo-  
li superáre fecísti , con-  
cêde quæsumus , ut ejus  
méritis, & précibus, nos  
quoque hóstium ímpet-  
tus víncere , & ætérnām

palmam asséquì valeá-  
mus. Per Dóminum no-  
strum , &c.

**AD MATUTINUM.**

**Hymnus.**  
**A**dsis piòrum cœtibus,  
O Virgo, dum præcóniis  
Indúlget os gratum tuis  
Dum sacra gesta prædi-  
cat.

Inclúsa sacro límine,  
Chrístique amôre pérci-  
ta,

Omni dedísti témpore  
Exémpla pœniténtibus.

Cum vincla, cum je-  
júnia

Tibi parásti , ut árduo  
Ex hóstium certámine,  
Viðtrix redires innocens.

Te deprecánte, mén-  
tibus

Sit talis ardor ínsitus,  
Ut Crucis alma insígnia,  
Sequâmur ad victóriam.

Qui tanta praestas Ví-  
gini

Redémpтор áudi , súp-  
plices  
Delícta nostra déleas,  
Ipsiique junge in pátria.  
Tibi cánamus ínclita,  
Trias beáta , cármina,  
Ætérrna cujus grátia  
Hæc Virgo dona póssi-  
det. Amen.

## IN I. NOCTURNO.

*Lect. de Script. occurrent.*

## IN II. NOCTURNO.

**C**atharína Valdemú-  
zæ in Insula majori Ba-  
leárica orta est. Jam inde  
à pueritia ea præsetulit  
sanctitatis indícia, ut fá-  
cile ómnibus quanta fu-  
tûra esset declaráverit.  
Raras formæ, ac pudórís  
dotes in primis conjún-  
xit. Tanto in Deíparam  
amôre flagrábat, ut non  
dum trium annorum ex-

pléto cursu, máximum ab  
ea beneficium promeru-  
rit. Pueriles lusus, atque  
ornaménta ádeo contém-  
psit, ut puélla sénibus  
consilio non impar vul-  
go dicerétur. Cælesti sæ-  
pe consórtio recreáta,  
quanta sibi vi advérsus  
humáni géneris hostem  
opus esset divinitus in-  
telléxit. Verum cum op-  
portúnam, non inter-  
míssis præcibus, opem  
ímpetráasset, omnes, quas  
Dœmon íterum, ac sæ-  
pius intentáverat fráu-  
des, insidiásque superá-  
vit. Percrebuerat interim  
Catharínæ pietas, óm-  
nium, quibus innotuérat  
sermónibus, ob eámque  
causam ánimos sibi mí-  
rum in modum devínxer-  
at. Sæculárium inde re-  
rum pertæsa, atque ad  
perfectioris vitæ institú-  
tum à Dómino vocata,  
in Ordine Canonissárum

**R**egulárium S. Augustíni in Palménsi Monastério S. Mariæ Magdalénæ adscríbi voluit.

**R**. Propter veritatem & mansuetudinem & justitiam: \* Et deducet te mirabiliter déxtera tua.  
**V**. Spécie tua , & pulchritudine tua intende, próspero procéde , & regna. Et deducet te.

**U**bi primum Cláustri parietibus inclusa , se totam Deo devóvit , incredibile est quanto stúdio, quántaque alacritate Moniális officium obiérit , & quam magna cæterarum admiratiōne in sédulo Christianæ perfectionis stúdio profécerit. Ómnium plane virtutum exemplar veluti quoddam est hábita; humilitatis præsértim, quæ ádeo sibi fuit in deliciis,

ut delatum olim Sororum regendârum munus, adhíbitis enixis précibus, ac lâcrys, constantissime recusáverit. Victóriam , quam de ea páulo ante relatûrum desperáverat Dœmon, dum à sæculárium rerum tumultu segregata dégeret, reférre posse putavit. Máximis hinc in Catharínam víribus , Deo permittente invéctus, angébat sæpissime vexábatque veheménter , non firmi solum áimi robur infirmare conténdens, sed córporis étiam perniciem exitiúmque cùpiens. É quibus illa ómnibus , divina ope robáta , cum illæsa prorsus evasisset , ac victrix, hostis ímpetus , elúsit ac magis , magisque ómniū in se ora , oculosque convértit.

**R**. Dilexisti justitiam,

& odisti iniquitatem: \*  
Propterea unxit te Deus,  
Deus tuus oleo laetitiae.  
¶ Propter veritatem, &  
mansuetudinem, & ju-  
stitiam. Propterea.

## F *Lectio VI.*

Fervens illa, qua in  
Deum ferebatur charitas, coelestiūmque de-  
sidériūm rerum arctissi-  
me Catharínam devín-  
ixerant, vehementissi-  
mēque, inflammárant.  
Quam ob rem extra sen-  
sus intérđum rapiebatur,  
placidissimāque in cœ-  
lēsti Sponso contempla-  
tiōne conquiescēbat. Vi-  
tæ licet innocētia, mo-  
rūmque integritatē præ-  
céllens, carnem tamen  
vigiliis, jejuniis, flagellis,  
cæterisque, qui Pœnitén-  
tium proprii sunt, modis  
afflictabat. Fidei, ac Reli-  
giōnis máxima semper  
documēta præbuit, mo-

do victorias, quas Chri-  
sti hostes reportabant  
gravissime dolens, mo-  
do pro iis, qui ad Chri-  
sti nomen disseminán-  
dum in disjunctissimas  
terras mittebantur, di-  
vīnum præsídium im-  
plórans. Tandem qua-  
dragésimum primum æ-  
tatis annum agens, à Do-  
minica Nativitate millé-  
simo quingentésimo sep-  
tuagésimo quarto, média  
prope nocte fériæ tértiæ  
majoris hebdómadæ, mé-  
ritis plena, ac vitæ san-  
ctitatem illústris in cœlum  
evolavit. Quam tantis  
virtutibus, & miraculis  
claram Pius VI. Pont.  
Max. in Beatōrum nú-  
merum rétulit.

R. Afferéntur Regi  
Vírgines post eam, pró-  
ximæ ejus, \* Afferéntur  
tibi in laetitia & exulta-  
tiōne. ¶ Spécie tua, &  
pulchritudine tua inten-

de, próspero procede, & regna. Afferentur. Glória Patri. Afferentur. Quam læta ridet cháratas. Quanto refúlget lúmine?

**IN III. NOCTURNO.** Christi sequámur alá-  
cres,

*Homilia S. Gregorii Pa-  
pæ in Evang.* Simile e-  
rit regnum cœlorum de-  
cem virginibus. Electa gens , vestigia,  
Nemo recusat désides,  
Artus flagellis súbdere.

Ut nos ad orbes síde-  
rum

**AD LAUDES.** Ducat , Deique cómpos-  
tes,

**E**n lux amica díspulit Inter beatórum choros  
Noctis ténebras, súrgite Lætémur aucti glória.  
Quotquot jacéntes évo- Tibi canamus ínclytæ,  
cant Trias beata , cármina  
Hue Virginis solémnia. Hæc Virgo dona pôssi-  
Hæc Núminis consór- det. Amen.

Expérta sæpe , gáudia **AD BENEDICTUS.**  
Dum viveret cœlestia,  
Háusit flagránti péctore.

Aña: Invéni quem dí-  
Quid non amoris ób- ligit ánima mea, & clá-  
tinet ritas Dei illuminâvit me,  
Mens icta sacro vúlne- & assúmpsit me Dómi-  
re? nus. Allelúa.

## DECRETUM.

**E**xcellentissimus, Illustrissimus & Reverendissimus Dominus D. Fr. Joachimus Company, Dei & Sanctae Sedis Apostolicae gratia, Archiepiscopus Valentinus, Eques Signatus magna Cruce Insignis Regalis Ordinis Caroli Terti, Regiusque Consiliarius, &c. Visis Literis Apostolicis in forma Brevis à Sanctissimo Domino nostro Pio PP. VII. feliciter regnante Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die xxx. Augusti proxime elapsi expeditis ad preces ejusdem Excellentissimi Domini, & Illustrissimi Capituli Valentini pro facultate recitandi Officium proprium & Missam Beatae Catharinae Thomas jam approbatum & concessum pro Civitate & Diaecesi Majoricensi, in hac Civitate & Dioecesi Valentina sub die vigesima octava Julii pro universo Clero Saeculari, & à Religiosis & Monialibus utentibus Calendario Valentino ritu duplii minori: in contrarium facientibus, &c. Reverendissimus Excellentissimus Dominus meus Archiepiscopus, ut in posterum ita servetur, praecepit; & ut quotannis praedictum Officium & Missam Beatae Catharinae Thomas, recitari possit die vigesima octava Julii ab universo Clero Saeculari & Religio-

sis & Monialibus utentibus Calendario Va-  
lentino ritu dupli minori : & diem fixum pro  
Officio Sanctorum Martyrum Nazarii , Celsi  
& Victoris Papae ac Innocentii Papae & Con-  
fessoris decimamquartam Augusti : In contra-  
rium quoquo modo facientibus , non obstanti-  
bus , sicuti Sanctitas sua ita declarat & pro  
bac vice derogat ad effectum praesentium tan-  
tum consequendum. In quorum fidem praesentes  
expediri jussit , à S. E. subscriptas , ac Si-  
gillo signatas , ac per me referendatas in Pa-  
latio Archiepiscopali Valentino die tertia No-  
vembris millesimi octingentesimi tertii = Fr.  
Joachimus Archiepiscopus Valentinus. = Por  
mandado de S. E. I. el Arzobispo mi Señor. =  
D. D. Ludovicus Lassala Canonicus Secre-  
tarius.

Es Copia fiel á la letra de su Original  
que queda en el Archivo. = Dr. D. Fran-  
cisco Ortells Presbítero Archivero.

Valentiæ : Typis Joseph Thomas Nebot.  
Anno 1815.